



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 41. Angliae Rex ad repudiandam Conjugem suam a Volsæo Cardinale
sollicitatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. XLI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1527.

*Angliae Rex ad repudiandam Con-
jugem suam a Volsæo Cardinale
sollicitatus.*

Ejusmodi consiliis stimulatus Cardina- *Sanderus*
lis, non minus calliditate quam am- *l.cit.l.1.*
bitione insignis, anxietatem, seu veram,
seu fictam, qua Henricus Rex de con-
nubii sui firmitate dubitabat, studiose
augere nitebatur, præterea haud parum
perversa ejusmodi consilia promove-
bat gratia, atque auctoritas, qua Vol-
sæus plurimum apud Regem valebat.
Nihilominus tamen, cum de re maximi
momenti ageretur, Rex nil præcipiti
consilio agendum censebat, unde quam-
vis conjugium suum dissolvere animo *Sanderus l.2*
constituisset, subdole tamen aliorum sen-
tentias rogabat, rationes, ac testimo-
nia conquirebat, quinimo dato etiam
auro emebat; verum tanta solertia ne-
quicquam adhibita minime eo usque
proficiebat, quin non genuina tanti moli-
minis ratio a quovis facile deprehendere-
tur. Vera enim & unica tot agitatio-
num caussa erat, quod prole mascula
destitutus, nec nominis nec Regni sui
hæredem haberet, ac insuper ejus con-
jux utpote multis oppressa morbis il-
lius animum ad libidinem plus justo

Hist. Eccl. Tom. XXXV.

Q pro-

Sæcul. XVI. proclivem satiare haud posset; præte-
A.C. 1527. rea Rex insano amore deperibat An-
 nam de Boulen, quæ vero quidem no-
 mine Bollegena, ab Anglis tamen Bol-
 lena dicebatur. Illa autem nefandis
 Henrici amplexibus assuescere recusa-
 bat, nisi saltem ab illo in uxorem du-
 ceretur.

§. XLII.

*Annæ Bollenæ indoles, moresque a
Sandero descripti.*

*Sanderus
hist. de
schism. Angl.
Le. Grand
defense de
Sander. to. 2.
P. 47.*

Nobilis hæc Puella Thomæ Boleni
 Equitis Filia erat, ac Reginæ inter
 honorarias Virgines inferviebat, unde
 Rex opportunam cum ea sæpius collo-
 quendi occasionem nactus, illam arden-
 ter deperibat. Hæc illo adhuc tempo-
 re in Regis aula iis resplendebat corpo-
 ris ac naturæ prærogativis, quas pri-
 mævus juventutis vigor largiori manu
 effundere solet; eminebat præterea fa-
 ceto admodum ingenio, necnon haud
 vulgari saltandi, fidibusque ludendi pe-
 ritia, denique novis vestium inventio-
 nibus percelebris, tam apte & concinne
 induebatur, ut reliquis Aulæ Puellis
 sepe vestiendi normam præscribere vi-
 deretur. Attamen animæ dotes nul-
 latenus æquabant præclara hæc corpo-
 ris ornamenta; quippe fœmina erat,
 vanitati, ambitioni, & libidini dedita.

§. XLIII.